



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 10. Festum Fatuorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

**Sæcul. XII.** vit, ejus Regnum adituros, ut Institutio  
**A.C. 1198.** sui officiis defungi inciperent, nempe  
 Christianos ex manibus Infidelium redi-  
 merent, aut ex manibus Christianorum  
 Infideles, cum captivis Christianis dein-  
 de permutandos.

**vid. Jac.** Exinde Trinitariorum Ordo in Fran-  
**Vitriac. hist. cia,** in Longobardia, in Hispania, quin  
**Occid. c. 25.** etiam in Regionibus ultra mare positis,  
**Alber. Chro.** mirum in modum propagatus est. Al-  
**1198.** bericus Monachus, qui ab ortu hujus  
 Instituti post annos quadraginta scriptis  
 commemorat, jam tunc domos Trinita-  
 riorum ferme sexcentas fuisse numera-  
 tas, & addit suis verbis: *Maxima laude  
 dignum est, sine dubio, hoc Institutum,  
 sed Fratribus in itinere versantibus in-  
 numeræ spiritum Religiosum amittendi  
 occasiones nascuntur.*

## §. X.

### Festum Fatuorum.

**Ep. Odon.**  
*post notas.*  
**Petr. Bles.**  
*p. 778.*  
**V. Cang.**  
**Gloss. Ka-**  
**lendæ.**

Petrus Capuanus Legatus, postquam  
 Lutetiam Parisiorum pervenisset, &  
 Ecclesiam Cathedralem lustrasset, com-  
 perit, in ea singulis annis prima die Ja-  
 nuarii, ludos profanos celebrari, qui  
 Festa Fatuorum dicebantur, atque ple-  
 bejos homines effusa licentia bacchari,  
 non solum verba spurcissima effutire,  
 sed etiam scelera audere, denique non  
 nunquam

nunquam Ecclesiam cruentare. Doluit Sæcul. XII.  
vehementer Petrus intempestivum a. A.C. 1199.  
busum, in die Circumcisionis Domini  
nostræ, & tali Ecclesiæ tempore, quo o-  
mnes boni Terræ sanctæ devastationem  
& ruinam lugerent. Itaque mandatum  
edidit, Odoni Sulliacensi Episcopo Pari-  
sensi Decano, aliisque Capituli Viris  
dignitate fulgentibus, inscriptum, in  
quo auctoritate Legati Apostolici usus,  
vetat, ne in posterum ad diem illum de-  
fæce homines concurrere præsumant,  
addita in refractarios Excommunicatio-  
nis poena, jubetque Episcopum & Ca-  
nonicos Capitulares Festum Circumci-  
sionis Domini congrue & decore cele-  
brare.

Ut huic Mandato obsequeretur, Epi-  
scopus Parisiensis literas edidit, in qui-  
bus minutatim præscribit Ritus, in Fe-  
sto Circumcisionis servandos, cum Offi-  
cium Divinum peragerent, & præcipit  
Canonicis, ut tota illa die modeste in  
suis stationibus consistant. Hæ literæ  
Episcopi anno millesimo centesimo no-  
nagesimo octavo exeunte, vel ineunte  
seguente ante Pascha, datæ sunt. Aliis  
literis, anno millesimo centesimo  
nonagesimo nono datis, Odo Episco-  
pus Canonicas distributiones destinat il-  
lis Capitularibus ceterisque Clericis,  
qui Officio Nocturno & Missæ in Festis

S. Ste-

Sæcul. XII.  
A. C. 1199.

S. Stephani & Circumcisionis interfuerint, ea conditione, ut Distributiones cesserent, si antiquam perditorum hominum impudentiam & improbitatem dissimularent. Credibile est, illam licentiam ad tempus fuisse pressam; sed constat, non fuisse penitus abolitam, cum Fatuorum insolentiam adhucdum post annos ducentos & quadraginta toleratam legamus.

### §. XI.

#### *Petrus Capuanus Legatus in Francia.*

**R**ichardus Rex Angliæ, Episcopo Lexoviensi & quodam Doctore, nomine Garnerio, Romam missis, querelas ad *Innoc. lib. I. ep. 230.* Innocentium Papam detulerat, contra Duxem Austriæ, quod se captivum ad Redemtionis pretium dandum compulisset, contra Regem Navarræ, quod quasdam suæ Ditionis urbes præter fas occupasset, & contra Regem Franciæ, de quo querebatur, quod sibi, in Bello sacro absenti, oppida detraxisset, & plura alia intulisset damna. Quidam scientiarum Doctor, de S. Lazaro dictus, a Rege Franciæ Romam missus, Dominum suum contra omnia, a Richardo Rege objecta, in Judicio Papæ egregie tuebatur; quia vero uterque Principum Legatus